

8  
596

V 596

1-

8

11. 2. 11

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA 6  
DE  
IURE  
HAGEN-  
STOLZIATUS

QVAM  
PRAESIDE  
JO. BALTHAS. WERNHERO, Jcto  
POTENTISSIMO POLON. REGI ET ELECT.  
SAX. A CONSILIIS AVLAE ET IVSTITIAE,  
ORDINARIO, ET ANTECESS.  
PRIMAR. ETC.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
AD. D. XIII. JUN. MDCC XXIV.  
*HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS*  
*PRO LICENTIA*

SVMMOS IN VTROQVE IURE HONORES  
ET  
PRIVILEGIA DOCTORALIA

CAPESSENDI  
PVBLICE TVEBITVR  
HIERONYMVS NICOLAVS GERCKEN  
LVBECENSIS.

---

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.



V  
596

Bücherei der  
Juristischen Fakultät Halle (S)



# SVMMA DISSERTATIONIS.

- §. I. **H**ominis inclinatio naturalis ad coniugium.
- §. II. Obligatio ad illud inendum non singulos stringit.
- §. III. Misogamorum poenae apud Spartanos.
- §. IV. Romanorum lex de maritandis ordinibus.
- §. V. Abrogata per Constantinum M.
- §. VI. Apud Germanos coelibatus regulariter extra poenam est.
- §. VII. Etymologia vocis Hagestolz.
- §. VIII. Definitio realis, & qualis aetas ad Hagestolzum requiratur.
- §. IX. Terminus non ubique idem est.
- §. X. Observantia Zenobii Alberspacensis.
- §. XI. An ius Hagenstolziatus etiam in foeminis locum habeat?
- §. XII. Onerari non debent probatione vel inreivando.
- §. XIII. Fisco iniungenda probatio.
- §. XIV. Ad quem hereditas Hagenstolzii devolvatur? Rationes pro magistratu merum imperium habente.
- §. XV. Argumenta pro fisco Principis.
- §. XVI. Jus fisci est regale Maiesticum.
- §. XVII. Jus magistratus in bonis vacantibus restringendum.
- §. XVIII.

- §. XVIII. *Refellitur Schorttelius.*
- §. XIX. *Responsum Vitembergense.*
- §. XX. *Receptio iuris Hagenstolziatus a fisco probanda; confirmatur responso.*
- §. XXI. *Attestatum iudicis non sufficit.*
- §. XXII. *Nec attestatum Camerae principalis.*
- §. XXIII. *Nec rationes reddituum Cameralium.*
- §. XXIV. *Ad quae bona ius hoc pertineat?*
- §. XXV. *Ius Hagenstolziatus regulariter testamenti factionem non impedit.*
- §. XXVI. *Hagenstolzii immobilia bona in alieno territorio sita, huius domino regulariter non cedunt.*
- §. XXVII. *Quamvis litis cum heredibus nemo interueniat.*
- §. XXVIII. *Quinam a iure Hagenstolziatus exempti sit?*
- §. XXIX. *Occupationem bonorum Hagenstolzii causae cognitio praecedere debet.*
- §. XXX. *Fisco competit hereditatis petitio.*
- §. XXXI. *Explicatur iuxta genera causarum; Formula libelli.*
- §. XXXII. *Dantur et alia remedia iuris, sigillatim Rei vindicatio.*
- §. XXXIII. *Fiscus tenetur ad soluendum aes alienum.*
- §. XXXIV. *De praescriptione actionis fiscalis.*
- §. XXXV. *Conclusio.*



Bücherei der

§. I. Juristischen Fakultät Halle (S)



um sua natura homo ad coniunctionem cum aliis feratur, tum vero confociatio maxime naturalis in conjugio apparet. GRO T. *d. Jure B. & P. L. 2. c. 5. §. 8.* Vnde ad hoc, ut homo secundum naturam uiuat, consentaneum esse, ut uxorem sibi adiungat, & ex ea liberos procreare uelit, iudicat CICERO *d. Finib. L. 3.* Idem egregie exprimit Oratio Metelli apud GELLIVM *L. 1. c. 6.* *Si sine uxore, Quirites, possemus esse, omnes ea molestia careremus; sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo uiui possit, saluti perpetuae potius, quam breui uoluptati, consulendum.*

*Hominis inclinatio naturalis ad Coniugium.*

§. II.

Obligatio autem ad matrimonium ineundum non incumbit hominibus, per modum praeepti affirmatiui, indefiniti, & indeterminati, quod singulos necessario & quouis tempore stringat; PVFENDORF. *d. I. N. & G. L. 6. c. 1. §. 7.* Ut hinc laudem mereantur illi, qui sublimiori genio acti, cum intelligant, se Reip. plus profuturos esse coelibes, quam uxoratos, ab hac societate potius animos abducunt, quam ut per eandem egregiis

*Obligatio ad illud ineundum non singulos stringit.*

giis conatibus suis impedimentum obiciant. Sed quia pauci ad tale uiuendi genus habiles sunt, matrimonium uero fundamentum uitae socialis & generis humani merito habetur, quod nec interire, nec per uagam libidinem conseruari debet, hinc coelibes, qui coniugii & foeminarum usum eiurarunt, olim apud plerasque gentes, publicum odium & contemptum, imo & graues quandoque poenas, incurrerunt.

## §. III.

*Misogamorum poenae apud Spartanos.*

**P**raeter ceteros notus est Spartanorum rigor, quo, Lycurgo suo Auctore, fastidium sobolis procreandaeulti sunt. Quadruplicem poenam ex Plutarcho refert NIC. GRAGIUS *d. Republ. Lacedaemon. L. 3. Tab. 4. Instit. I.* Prima erat, quod media hyeme coelibes per forum circumducti fuerint, uestibus spoliati. Secunda, quod sibi ipsis probrum ingerere, & cantilenam, in se compositam, concinere coacti fuerunt. Tertia, quod excluderentur, a spectaculis Gymnicis, ubi uirgines nudae decertabant. Quarta poena erat, quod priuarentur honore, senibus praestari solito. Namque inter leges connubiales, quibus uixerant, agmen ducebat haec: *Spartanorum nemo coelebs uiuat.* Plura poenarum genera & populorum instituta congescit PUFENDORFIUS *d. I. N. & G. c. 1. §. 6.* Quibus recensendis non immoramur, ne a scopo nostro longius discedamus.

## §. IV.

*Romanorum Lex de maritandis Ordinibus.*

**R**omanos tamen non plane praetermittendos, puto. Hi, pube Romana bellis ciuilibus exhausta, *Legem de maritandis ordinibus*, primum Iuliam, Auctore inprimis Augusto, ac deinceps Papiam, *M. Papio Mutilo, & Q. Poppaeo Sabino*, consulibus, *incitandis coelibum poenis*, ut TACITVS *Annal. L. 3. c. 25.* loquitur, tulerunt, quae haec erat: *Coe-*  
*libes*



libes, nisi intra centum dies huic legi paruerint, neque hereditatem, neque legatum, testamento relictum, capiunt. Quam edidit, notisque illustrauit IAC. GODOFREDVS; collectis & in ordinem redactis illis, quae ueteres Icti, Caius, Paulus, Marcellus, Terentius, Clemens, et Vlpianus, ad illam commentati sunt. Add. SOZOMENVS *Hist. Eccles. l. 1. c. 9.* LIPSIVS *Comment. ad Annal. Tac. c. 1.*

## §. V.

**S**ublata uero haec coelibatus poena a Constantino M. in *Abrogata per Constantinum M.* *l. un. C. d. infirm. poen. coelib.* cuius et inscriptionem, et subscriptionem, quae Constantini filiorum nomina praefert, non recte se habere, ostendit laudatus GODOFREDVS *ad cit. l. un. Cod. Theod.* Rationes, quibus permotus Imp. eam legem abrogauerit, exponit SOZOMENVS *c. 1.* his uerbis: *Cum animadverteret Imperator, eos, qui uirginitatem et orbitatem propter amorem DEI consecrarentur, ob id peiore loco esse, stultum esse existimauit, credere, humanum genus humana posse cura et diligentia amplificari, cum natura iuxta DEI dispensationem semper detrimentum accipiat aut incrementum. Itaque legem dedit ad populum, ut coelibes et orbi pari iure, quo reliqui omnes, fruerentur. Quin etiam lege sanxit, ut, qui uirginitate et continentia uitam agerent, priuilegio aliquo potirentur, liberam ipsis facultatem largitus, tam masculis, quam foeminis, licet adhuc impuberes essent, testamentum faciendi, contra morem, qui ubique in Imperio Romano obseruatur.*

## §. VI.

**A**tque hoc iure Germani regulariter utuntur, ut coelibatus innoxius et extra poenam sit. In nonnullis tamen Germaniae provinciis, speciatim Palatinis, Luneburgo-Brunswicensibus, Guelferbytanis, & Wurtembergicis, receptum est ius, coelibum demortuorum bona

*Apud Germanos coelibatus regulariter extra poenam est.*

bona occupandi et in publicum redigendi, quod ius Hagenstolziatus, das Hagenstolzen-Recht/ appellari solet. De quo cum SCHOTTELIVS in *Tr. d. feng. & antiq. in Germ. iur. c. 1.* nec non BEIERVS *Spec. Iur. Germ. c. 12.* paucis, nemo autem haecenus, quod sciam, ex instituto egerit, operae me pretium facturum esse putavi, si de illo, data differendi occasione, uberius exponerem.

## §. VII.

*Etymologia  
uoc. Hagen-  
stolz.*

Vnde uox Hagenstolzen originem ducat, incertum, nec satis expeditum est. Laudatus SCHOTTELIVS *c. 1. c. 1. §. 5.* sic dictos existimat, quasi in sua sibi placencia superbos, in sua superbia sese delectantes; a uerbo behagen/ placere, et stolz/fastus. Add. BEYER. *c. 1. §. 22.* Idemque declarat compluribus aliis uocibus, eum in modum compositis, ut puta, Bauerstolz/ Eigenstolz/ Sittenstolz &c. Sic & nomina Celtica eius generis antiquissima inueniri, putat; ut Hagifridus, Hagefridus, quasi pace sese delectans, pace ipsa contentus, Hagefried/ dem nichts als Friede behaget. Alia Etymologia traditur in *Besoldi Thesaur. Pr. uoc. Hagenstolzen.* Addit; quod Hagenstolzer dicatur, quasi sufficiat antrum. Id quod BEIERVS *c. 1.* ulterius sic explicat, quod Hage clausuras, & loca subobscura, tuguria, antra, & lucos circumseptos, Stolze uero, uel Stelze/ idem denotet, quod Stütze/ seu lignum, quod pedis uice fungatur. Et quia caedere lucos nefas, adeoque ligna eorum ab usibus humanis remota fuerint, inde coniicit, coelibem uocari ein Hagensholz / i. e. rem generi humano inutilem. Add. de uoce Hagen HERTIVS *Opusc. Tom. 3. p. 612.* Saxonice Hagenstolten appellari, SCHOTTELIVS *c. 1.* monet; imo, ipsa bona indignis ablata, Hagstolzen uocari, autor est WEHNERVS *Obs. Pr. uoc. Hagstolzen.*

## §. VIII.

## §. VIII.

**D**efinitionem HAGENSTOLZII hanc tradit *Lauterb.* *Definitio realis.*  
*Coll. Pr. tit. Quib. non comp. bon. poss. §. 2.* HAGEN-  
 STOLZIUS est, qui nullo morbo laborans, nec clericatu impe-  
 ditus, uel nimia inopia oppressus, sed contentus in uoluntaria et  
 superba separatione quinquagesimum aetatis annum excessit, coe-  
 libatumque professus est. Vbi tamen obseruandum, quod *Qualis ae-  
 tas ad Ha-  
 gestolziium  
 requiratur.*  
 circa aetatem, ad quam prouectus coelebs HAGEN-  
 STOLZIUS censerī debeat, nihil certi definiri possit.  
*Plato d. LL. l. IV. anno trigesimo aetatis matrimonium con-  
 trahi debere, censet. Ita enim ille: Vxorem ducere debet  
 quisque, cum annos habet triginta, cogitans, quod sic quan-  
 dam humanum genus immortalitatem consequitur; cuius rei  
 quisque natura summopere cupidus est. Nemo enim est, qui  
 non desideret, perpetuum apud posteros nomen habere. Genus  
 itaque hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat,  
 quod filiorum filios relinquendo unum & idem semper per ge-  
 nerationem immortalitatem adipiscitur. Nefas autem est, im-  
 mortalitate se ipsum sponte priuare. Hac uero ex animo ille  
 se priuat, qui filios & uxorem negligit. Germanorum ve-  
 terum seram uenerem, eoque inexhaustam iuuentutem  
 fuisse, Auctor est TACITVS d. Mor. Germ.*

## §. IX.

**H**odie illis in locis, ubi ius Hagenstolziatus in usu *Terminus  
 non ubique  
 idem est.*  
 est, non idem terminus seruatur. Plerumque et  
 sigillatim in Ducatu Brunswicensi et Lunenburgensi quin-  
 quagesimus annus attenditur; quo et *Lauterbachius* re-  
 spexit. Adduntur quandoque tres menses et tres dies,  
 ut habet uetustum Documentum, cuius uerba a SCHOT-  
 TELIO citata ita habent: *Gefragt / wie alt im Rechte ein  
 Hagestolte seyn solle? Ein Hagestolte soll alt seyn sunf-  
 zig Jahr/ drey Monath/ drey Tage.* In quibusdam me-  
 morati

B

morati Ducatus praefecturis requiri tres et sexaginta annos, sex hebdomades et dies duos, idem *c. l.* testatur. Alibi, ut in ea Palatinatus ditioe, quae Odenwald audit, si quis post annum vigesimum quintum professus sit coelibatum, idem in numerum HAGESTOLZIORVM refertur; si fides habenda SCHÖNBORNIO *L. I. Polit. c. 6.* Vbi tamen recte monet SCHOTTELIVS *c. l.* quod non aetas ipsa uiginti quinque annorum, ubi minorennitas deum exeat, Hagestolziatum constituat, sed professio seu confessio obseruandi coelibatus.

## §. X.

*Observantia Coenobii Alberspacensis.*

Quid in coenobio Alberspacensi, quod in Ducatu Wurtembergico situm, obtineat, exponit BESOLDVS *Thef. Pr. uoc. Hagenstölzen.* Verb. Diejenigen Personen werden Hagstolz genennt / welche / es seyn Knaben oder Jungfrauen / im ledigen Standt bis in die funffzig Jahre ihres Alters, desgleichen ein Wittber oder Wittfrau / die dreyßig Jahr in Wittbenstand unverändert verharret. Und wann also die obgeschriebenen Knaben oder Jungfrauen nach Verschleimung der funffzig Jahren unverheyraethet / desgleichen ein Wittber oder Wittfrau nach Ausgang der dreyßig Jahren in Wittbenstand also unverändert mit Tod abgegangen / und nicht Leibes-Erben hinter ihnen verlassen / die erbt die Herrschafft Alberspach an fahrendem Guth / und nicht an liegenden / es sey dann eigen / dann die Lebens-Güther mit Eigenthum dem Leben-Herrn zuuehörig / obschon solche abgestorbene Personen / Vater / Mutter / Geschwistrigt / oder andere Bluts-Verwandten / in auf- oder absteigender Linie verließ / so erben doch dieselben nichts davon. Qui locus docet, illos etiam, qui post contractum atque finitum matrimonium, per decursum

fum 30. annorum ad alias nuptias haud transferunt, Hagenstolziis ibi annumerari; liberos tamen eorum legitimos ab hereditate parentum haud excludi.

## §. XI.

**D**e *Sexu* dubitari solet, an etiam sequior sexus in classem Hagenstolziorum referri queat? Olim sane apud Romanos feminas quoque poenis coelibatus obnoxias fuisse, recte notat BEYERVS *Spec. Jur. Germ. L. 2. c. 12. §. 30.* Ita enim VLPPIANVS *L. 14. t. 14. Feminis lex Iulia a morte uiri anni tribuit uacationem; a diuortio, sex mensium; Lex autem Papia a morte uiri, biennii; a repudio, anni et sex mensium.* Quod mores hodiernos attinet, regulariter, et ubi non aliud speciatim usu introductum, eadem ab hoc poenarum genere merito immunes censendae sunt. Neque enim in earum potestate est, maritos, quodocumque uelint, accipere, cum ex aduerso uiris, qui facultate familiam alendi pollent, nunquam honesta conditio ducendae uxoris, deesse soleat. Et pudori elegantioris sexus repugnare censetur, si naturalem suam ad nuptias propensionem nimis cupide prodat, et ultro matrimonium ambiat. Cum igitur feminae culpa uacare soleant, nec poena in illis locum habere potest. Experiendo enim discimus, uerum esse, quod SCHOTTELIUS *c. 1.* ait, daß es denen veralteren Jungfrauen wohl oft nicht so sehr an gutem Willen/ als an Freyern/ mangle. Sed tamen negari nequit, alicubi eundem circa feminas rigorem inualluisse, qui in masculis obtinet, ut ostendunt uerba superius ex BESOLDO recitata.

## §. XII.

**S**aluam tamen hoc casu feminis esse debere probationem, uel iusiurandum, quod maritum inuenire non potue-

B 2

*An ius Hagenstolzius etiam in foeminis locum habeat?*

*Onerari non debent probatione, uel iureiurando.*

potuerit, monet BEYERVS *c. l.* Ego uero ne hoc quidem probandi uel iurandi onus illis regulariter subeundum esse, sed adhuc mitiorem sententiam sequendam esse, puto. Sane pro femina militat praesumptio, quod honestam sibi que conuenientem nubendi occasionem, a fortuna oblatam, haud neglexerit aut detrectauerit. Ut hoc iurato asseueret, non solum superuacaneum, sed etiam ineptum fuerit, nisi, quod rarissime euenire solet, grauibus indiciis prematur, quod nubendi conditionem, se haud indignam, aspernata fuerit. Accedit, quod ius Hagenstolziatus uim suam in successione inprimis exerat, de qua demum post mortem lis uel quaestio oriri potest. Nihil etiam magis absonum excogitari uidetur posse, quam probatio coactae uirginitatis. Non iniucundum sane fuerit, formare aut legere articulos probatoriales, hoc thema complexos. Sane facillimum, et in promptu semper fuerit, ingentem testium numerum produci, qui affirmaturi sint, se nescire, imo nec credere, quod per feminam steterit, quo minus, mutato uiuendi genere, matrimonium iniret. Imo, cum propositio haec, quod maritum reperire non potuerit, simpliciter negatiua sit, non apparet, quomodo per ipsam rei naturam, ad eisdem probandae onus adstringi possit, cum utique, negantis probationem haud esse, constet, et tralatitium habeatur.

### §. XIII.

*Fisco iniungenda probatio.*

Quam ob rem, nisi omnia me fallunt, eo casu, ubi Ius Hagenstolziatus ad foeminas etiam porrigitur, fatius erit, has negativae inniti, quod copia nubendi ipsis defuerit. Quo pacto contrarium probandi necessitas in aduersarium deuoluetur, cui ostendendum fuerit, idoneam

neam occasionem matrimonii contrahendi adnotam, sed earum culpa praetermissam, neglectamque fuisse. In qua probatione hic plerumque, puto, deficiet. Ut enim alia omnia taceam, nunquam defuturum est foeminae, quod excipiat, quoue poenam culpofi coelibatus euitet. Quid enim, si uel ipsa, uel eius heredes, hoc solo obtentu utantur, quod nulla morum, animorumque consensus adfuerit, et propterea conditio displicuerit? Sic itaque omnis probatio in nihilum recidet, & inanis futura est. Saltem non existimo, hodie magnopere metuendum esse, ne eueniat aliquid tale, quale de Milesiis Virginibus memorari solet, quae uiolentas sibi manus inferre, quam in amplexus maritales uenire, maluerunt.

## §. XIV.

**A**pparet uero Ius Hagenstolziatus imprimis in successione, quae fit huiusmodi coelibati, uita functo. Bona enim ab eo relicta, non heredibus proximis, sed publico cedunt. Cuinam uero? Vtrum magistratui, merum imperium habenti, an fisco Principis, penes quem est superioritas in territorio, in quo Hagenstolzius domicilium habuit? Communiter magistratui, mero imperio gaudenti, uindicant. uid. SCHOTTELIVS c. 1. In quam eandem sententiam concedit Nob. Dn. de BERGER *Oecon. Jur. p. 474.* Rationes & argumenta, quae pro illis militent, huc redeunt; Urgent cum SCHOTTELIO c. 1. quod hoc ius fisci non ad extraordinariam aliquam confiscationem spectet, uel Dd. eam distinguant, ut pote quae in casibus lege, statuto, uel consuetudine non expressa irrogetur, solique Imperatori, et aliis superiorem non recognoscentibus, summisque magistratibus competat; sed potius ad quoslibet iudices, merum imperium habentes, qui ordinariam

*Ad quem hereditas Hagenstolzii deuoluitur?*

*Rationes pro Magistratu, mero imperio habente.*

confiscationem, lege uidelicet, statuto, uel consuetudine introdu-  
ctam habeant, pertineat. Speciatim constat, quod Iure Saxo-  
nico Ius fisci porrigatur ad magistratum, qui merum  
imperium habet, idque intuitu onerum iurisdictionali-  
um, quae sustinere cogitur. Vid. LAND-R. L. I. a. 28.

## §. XV.

Argumenta  
pro fisco  
Principis.

**A**tenim uero contrariam sententiam, quae fisco Prin-  
cipis fauet, amplecti malim. Primo enim expedi-  
tum est, huiusmodi Hagenstolziarum bona, quasi indi-  
gnis, auferri, et sic ereptitiorum iure censerit. Vnde exce-  
ptio ereptitii siue indignitatis orta. Atqui haec in fiscum  
rediguntur, l. 1. pr. ff. d. Fur. Fisc. l. 8. §. 14. d. Inoff. test.  
Equidem non ignoro, quod aliqui Dd. statuunt, hoc  
ius plerisque in locis sublatum esse. uid. LEEWEN Cens.  
For. P. I. L. 3. c. 4. n. 42. BEYER ad Pand. p. 484. pos. 17.  
Quos et DN. THOMASIVS Not. ad Pand. tit. d. bis, quae  
ut indign. sequitur. Imo quod nonnulli eo progredian-  
tur, ut existiment, generatim confiscationes Iuris Ro-  
mani receptas haud esse. Vid. FABER in Cod. L. 6. t. 16.  
d. 19. et d. Error. Pragmat. Dec. 38. err. 10. GROENE-  
WEG in C. t. d. bis, quae ut indign. CARPZ. Pr. Crim. q. 130.  
n. 7. et 9. 135. n. 9. et 39. Sed et illud scio, lubrico admo-  
dum fundamento hanc dissentientium doctrinam niti.  
Etsi enim fatendum sit, in quibusdam casibus confisca-  
tioni bonorum hodie non amplius locum esse, ut si-  
gillatim in bonis damnatorum usu uenit, AVTH. Bona  
damnatorum C. d. bon. proscripi. inde tamen regula gene-  
ralis nequaquam confici, atque exsculpi potest. Imo  
speciatim confiscationem bonorum, quae tanquam in-  
dignis eripiuntur, receptam esse a Friderico I. Impera-  
tore, per Constitutionem quae sint regalia, 2. F. 56. eam-  
que non ad solam Lombardiam restringi, sed usu at-  
que



que interpretatione Prudentum ad totum Imperium pertinere, recte monet SCHILTERVS *Pr. Jur. Rom. Ex. 38. §. 182.* et tandem concludit, *quod regula et ius pro fisco hodieque sit.* Add. STRYK. *Vf. Mod. Pand. tit. d. his, quae ut indign. §. 1.* Imo, si uel maxime demus, quod tamen, ut diximus, minime largimur, leges Romanas, quae bona indignorum fisco asserunt, usu fori hodie negligi et insuper haberi, nullum tamen hinc praesidium illis, qui pro iure Magistratus, circa Hagenstolziorum bona, propugnant, accederet. Non enim iudici, iurisdictionem superiorem habenti, cessura essent, sed apud heredes legitimos mansura.

## §. XVI.

Deinde constat, Jus fisci ad Regalia pertinere, quae illius sunt, qui Maiestate, uel superioritate territoriali, pollet. Ad priuatos, quatenus hi eorum capaces sunt, non aliter transeunt, quam si is, uel illi, penes quem, uel quos rerum summa est, id concessione, uel expressa, uel tacita, tolerando immemoriam usum, permittant. Igitur magistratus, qui uirtute meri Imperii, quo gaudet, Hagenstolziorum bona sibi asserit, ostendere debet, uel priuilegium, uel usum, qui hominis memoriam excedat. Quo utroque si destituatur, in iura Maiestatis inuolare censetur, si iniustam praetensionem suam nimis praefracite urgeat. Neque admittenda est doctrina nonnullorum Doctorem, qui generatim contendunt, quod moribus Germanorum iure fisci gaudeat Magistratus, penes quem superior iurisdictione residet. Miretur quis merito, unde origo tanti erroris, qui cum maximo summorum Principum praeiudicio coniunctus est. Probabilis est maxime coniectura, quod in eundem lapsi sint Doctores, occasione instituti ueterum Ger-

*Ius fisci est  
Regale Ma-  
iestaticum.*

Germanorum, apud quos non minus Jure Sueuico in *c. 38. et 42.* quam Saxonico, *LAND-R. l. I. a. 28. et l. 3. a. 80.* COMES uel SEVLTETVS bona uacantia occupabat, fibique addicebat. Vnde occasionem arripuerunt JCTi, inepte concludendi, quod Magistratus, penes quem superior est iurisdictio, iura fisci Romana habeat; cum tamen ab hoc speciali iure non statim generalis regula formanda fuisset, ut recte iudicat DN. THOMASIVS *Not. ad Pand. tit. d. Jur. Fisc.*

§. XVII.

*Ius Magistratus in bonis uacantibus restringendum.*

Unde, rationibus recte subductis, hoc ipsum ius bona uacantia occupandi, quod Magistratui, merum imperium habenti, hodie, inprimis apud Saxones, competit, quouis modo restringi debet, ne extra limites, intra quos se continere debet, exeret. Quam ob rem ad solum ius ordinarium bona uacantia occupandi pertinere intelligitur; quod eo solum casu locum habet, quando cognati omnes, nec non coniuges & Collegia, quae succedant, deficiunt. Contra ea ad ius occupandi bona extraordinarium, quod poenae loco exercetur, nequaquam pertinet. *Nob. DN. DE BERGER Decon. Iur. p. 474. Not. 3.* Simile quid in retorsione, intuitu Iuris Albinagii, contingit. Vi huius enim solus Galliarum Rex, non, ut olim, dominus iurisdictionalis, bona alibi natorum, qui in Gallia diem obierunt, nec ius ciuitatis impetrarunt, occupat. PHILIBERT. *BUGYNON. d. LL. in Gall. abrog. L. I. a. 7.* SPRINGSFELD. *d. apanag. c. 7. n. 98. seqq.* Vnde consequitur, uicissim bona Gallorum, qui hoc iure utuntur, si apud nos decesserint, non magistratui acquiri, sed in fiscum Principis redigi.

§. XVIII.

## §. XVIII.

**F**alsa igitur est hypothesis, cui SCHOTTELIUS c. l. innititur, quasi ad iudices merum imperium habentes confiscatio, lege, statuto, uel consuetudine introducta pertineat. Ostendi superius, tam late ius Magistratum haudquaquam patere, sed ius fisci, quod habet, ad unum casum, ubi defunctus neminem, qui in eius bona succedat, reliquit, restringendum esse. Hoc uero ius occupandi bona uacantia nihil cum confiscationibus commune habet, sed ab illis longissime disiunctum est. Vnde conficitur, in illis locis, atque prouinciis, ubi Ius Hagenstolziatus introductum, uel usu receptum, bona fisco Principis, qui superioritatem territorialem habet, regulariter acquiri; Magistratui autem, mero imperio gaudenti, nihil in illis iuris esse, nisi priuilegio, uel immemoriali praescriptione, nitatur.

*Refellitur  
Schottelius.*

## §. XIX.

**H**anc sententiam, optimis rationibus suffultam, calculo suo, quod a Dn. Praeside relatum accepi, approbavit Incluta Facultas Iuridica Vitembergensis Mens. Ian. 1723. ad interrogationem Christian Gottlieb Küstern/ Königl. Preuss. Secretarii zu Halberstadt und Regierung; Advocati daselbsten. Verb. Ob wohl einige Dd. zu behaupten suchen/ daß die bona, welche ex Iure Hagenstolziatus eingezogen werden/ nicht der Landes Herrschafft und dessen fisco, sondern denen Unter- Obriegkeiten/ welchen die Ober-Gerichte zuständig/ und worunter der defunctus gehörig/ zu fallen; Dennoch aber und dieweil sothane bona denen Hagenstolzen/ als indignis, entzogen werden/

*Responsum  
Vittemberg.*

C

SCHOT-

## SCHOTTELIVS c. 1.

solche bona aber lediglich dem fisco gehören

*L. 1. pr. ff. d. Iure fisci.*

*L. 8. §. 14. ff. de inoff. testam.*

Dahingegen die iura fisci keines wegēs denen Unter- & Obri-  
keiten / sondern lediglich dem domino territoriali zustehen

*DN. THOMASIVS de Regalibus Fisci Principum  
Germaniae circa acquisitionem praecipua cap. 1.  
§. 6. lit.*

*DN. WERNHER P. I. Obs. 53.*

*BRUNNEM. ad L. 1. ff. de Iure fisci n. 3. seqq.*

So erscheinet daraus so viel / daß die Einziehung der Güter/  
dermöge des Iuris Hagenstolziatus, inter regalia oder ef-  
fectus iuris territorialis, keines wegēs aber ad fructus iu-  
risdictionis, zu referiren sey.

In eandem sententiam idem Ordo Iuridicus  
Vitembergensis respondit Mens. Ian. 1723. ad interroga-  
tionem Johann Friedrich R. zu Blankenburg / Verb. Ob  
wohl die bona uacantia in denen Orten / wo der Magistra-  
tus merum imperium hat / demselben zukommen / und von  
ihm uindiciret werden können / ut in Sax. disponit

*Land: R. L. 1. art. 28.*

*BESOLD. Thes. pr. uoc. Erblose Güter in f.*

*REINHARD. P. I. differ. 34.*

idemasserit

*MEV. ad Ius Lubec. Part. 2. tit. 2. art. 14. n. 64.*

*Conf. KOEPPEN. Decis. 7. n. 79. P. 2.*

*STRYK. de Success. ab intest. dissert. 5. C. I. th. 10.*

D. a. d. ordentlicher Weise die iura fisci nur ab eo, qui ha-  
bet ius regalium, exerciret werden können / tot. tit

*C. de*

*C. de bon. uac.*

COTHM. *L. 2. Cens. 55. n. 32.*

WVRMSER. *Exercit. Iur. Publ. 3. qu. 13.*

KLOCK. *d. aerario L. 2. c. 136. n. 18.*

RICHTER. *de Success. ab intest. Sect. 5. n. 3.*

SIXTIN. *de Regal. cap. II. n. 37.*

und dahin das Ius Hagenstolziatus, ex singulari ratione, odio coelibum introductum, so vielmehr gerechnet werden muß

KNIPSCHILD. *de fideicom. famil. c. 8. n. 93.*

SCHOTTEL. *d. antiq. in Germ. iurib. c. 1.*

LAUTERB. *Colleg. Theor. & Pandect. L. 38. tit. 13. §. 2.*

So erscheint daraus / daß das exercitium Iuris Hagenstolziatus ad regalia allerdings gehöre / und / wo es eingeführet / demselben von denen Unterthanen nicht widersprochen werden könne.

### §. XX.

**S**ed & ipse Principis fiscus non aliter fundatam intentionem habere intelligitur, quam si de statuario, uel consuetudinario iure, quo ius Hagenstolziatus introductum, liquido constet. Namque, ut supra uidimus, regulariter hodie in cuiusque arbitrio est, coelebs, an uxoratus, esse velit, neque coelibatus professio poenis Ciuilibus subiacet. Vnde consequitur, ei, qui in Iure Hagenstolziatus innititur, onus probandi incumbere aduersus negantem quod illud receptum sit. Nec satis erit, ostendisse, in hac uel illa prouincia ius istud inualuisse, cum neque statuta, neque consuetudines, de loco ad locum extendi possint. Sed in specie, eo loco, ubi Misogamus, qui decessit, domicilium & sedem fortunarum suarum habuit, legitime introductum esse,

*Receptio  
Iuris Ha-  
genstolzi-  
atus a Fisco  
probanda.*

Confirma-  
zur Respon-  
sa.

ad liquidum perduci debet. In quam sententiam laudatus Ordo Ictorum Vitembergensium respondit ad eiusdem Consultationem. Verb. Ob wohl von dem Iure Hagenstolziatus in denen gemeinen Rechten nichts verordnet/ sondern solches lediglich denen moribus Germanicis zuzuschreiben/

SCHÖTTELIVS *de singularibus quibusdam & antiquis in Germania iuribus & obseruantis Cap. I. §. 5.*

STRUVII *Histor. Iur. Cap. VI. §. 34.*

Hierüber auch/ und daß dasselbe/ in dem Fürstenthum Braunschweig/ Wolfenbüttel und dessen Aemter recipiret sey/

SCHOENBORN. *Polit. L. I. c. 6.*

SCHÖTTELIVS *d. I. §. 10.*

B. BEYER *in Speciem. Iur. German. L. 2. cap. 12. §. 27.*

bekräftigen/ Dennoch aber und dieweil das Ius Hagenstolziatus nicht als eine allgemeine Gewohnheit in Teutschland recipiret und eingeführet/ sondern bloß an einigen Orten recipiret ist/

STRUVIUS *d. I.*

mithin/ und da receptio facti verbleibet/ solche gebührend dargethan werden muß/

GAIL. *L. 2. Obs. 31. n. 14.*

diese reception auch durch ein oder des andern Doctoris Meinung/ licet Excellentissimus fuerit, nicht genüßlich dargethan werden mag/

SCHÖEPPFERI *Synops. Iur. Priu. Rom. & For. tit. de Legibus n. 4. ibique alleg.*

so wohl die nur gedachten Doctores, so oben angeführet worden/ bloß von einigen Aemtern des Fürstenthums Braunschweig und Wolfenbüttel reden/ iedoch/ welche sie darunter in specie verstehen/ hinlänglich nicht anzeigen/ So erscheinet

net

net daraus allenthalben so viel / daß das Hagenstolzen-  
Recht / in Teutschland / als ein Jus Uniuerfale nicht gegrün-  
det / noch recipiret sey / sondern von demienigen / siue sit Prin-  
ceps, siue dominus iurisdictionis, welcher sich darinnen  
fundiret / und solches zu exerciren suchet / die receptio et  
obseruantia völligerwie set werden müsse.

## §. XXI.

Quid uero, si iudex asserat, testeturque, Jus Hagen-  
stolziatus alicubi receptum esse; an sic illius rece-  
ptio satis probata censetur? Negandum hoc. Quia *Arrestatum*  
iudici de illis quidem, quae coram ipso a partibus gesta *Iudicis non*  
sunt, fides haberi solet, sed in consuetudine probanda *sufficit.*  
tanta illius fides haud est; quippe quae secundum legi-  
tima requisita sua ostendi debet. Ita censuit idem or-  
do Jctorum Vitembergensium Mens. Jan. 1723. ad in-  
terrogationem Joh. Friedrich R. zu Blankenburg / Verb.  
Wann gleich / daß in denen Braunschweigl. Lüneburgl. Lan-  
den das Jus Hagenstolziatus eingeführet sey e /

SCHOTTEL. d. l. n. 10.

BEYER. in Specim. Jur. Germ. L. 2. c. 12. §. 27.

bezeigen / solches auch durch documenta A. B. und C. mit  
bestärcket werden will / Dennoch aber und dieweil die Intro-  
ductio Juris Hagestolziatus facti ist / auch der Coelibatus  
so odios / als er per legem Papiam declariret.

Coelibes nisi intra centum dies l. 17. C. de Fur. de-  
lib. L. I. C. THEODOS. de cret. uel bon. possess.

ISIDORI Origin. c. 24. huic

legi paruerint, neque hereditatem neque legatum testa-  
mento relictum capiunto. conf.

VLPPIANVS Tit. 22. qui hered. instit. poss. §. 3.

LIPS. in Comment. ad L. 3. Annal. Tac.

VALER. MAX. L. 2. c. 9.

GELLIUS L. I. C. 6.

PETR. GREGOR. d. *Republ.*

L. 9. c. 1. n. 51. iung.

L. 14. c. 1. n. 2.

Dennoch die gesetzten Straffen nachhero von Constantino, Constantio und Constante Impp. wieder cassiret worden/ in

L. I. C. d. *infirm. poen. coelibat.*

GOTHOFRED. ad L. un. c. *Theod. ibid.*

BRUNNEMANN. ad d. l.

Dahero solches iuris exercitium in dubio vor nicht richtig hergebracht/ zu praesumiren ist/ auch da die documenta sub A. B. und C. einer contradictionem erlangten Obseruanz keine Meldung thun / so doch iure erfordert wird /

L. 34. ff. d. leg.

und die simplex assertio iudicis dissals nicht genug ist/

STRVV. S. J. C. *Ex. 2. th. 21.*

JASON ad L. 32. ff. de leg. n. 88.

MYS. *Cent. 5. Obs. 96.*

So ist / das das Hagestolzen = Recht im Braunschweig = Lüneburgischen in iuridi obseruantia sey / durch die Documenta sub A. B. und C. alleine nicht zu erweisen.

§. XXII.

*Nec attestatum Camerae Principalis.*

Imo nec sufficit, quod forte Camera Principis, de hoc iure recepto, testimonium ferat. Primo enim hoc, ceu in causa propria, nullam magnopere fidem meretur. Deinde consuetudinis ea natura est, ut regulariter aliam probationem respuat, quam quae peragitur actibus possessoriiis, per diuturnum tempus, in hoc praecise loco et casu, celebratis; Quales ubi deficiunt, aut saltem liquido ostendi nequeunt, consuetudo nequaquam probata censerit debet. Recte igitur Icti Vitembergenses ab eodem consulti sequentem in modum responderunt:

Verb.



Verb. Wenn gleich das unter dem Fürstl. Wolffenbüttelschen Cammer-Signet ertheilte Attestat sub A. daß in dem Fürstenthum Blanckenburg das ius uindicandi Hagestolziatum iezo im Gebrauch und Observanz sey/ auch solches aus denen bey der Fürstl. Cammer befindlichen Acten und Rechnungen sich ergeben/bezenget/ uerbis:

Daß in dem Herzogthum Braunschweig-Wolffenbüttel das ius uindicandi Hagestolziatum regalibus accensiret werde / solches auch darinnen nach dessen integrität fürnemlich auch in dem Fürstenthum Blanckenburg noch iezo im Gebrauch und Obseruanz sey / und man denn dero Behuff die in Fürstlicher Cammer verhandene Acta und Rechnungen mit Fleiß nachsehen lassen / und befunden / daß bereits unter denen lezt verstorbenen Durchlauchtigsten Landes-Herrn / Herrn Rudolph August, und Herrn Anton Vlrich, Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg / Durchl. Regierung / Glortwürdigsten Andenkens / wenn dergleichen Fall sich zugetragen / daß ein Hagestolze in Dero Wolffenbüttelschen oder Blanckenburgischen Aemtern verstorben / und solcher Calus Fürstl. Cammer kund worden /

den / so dann diese dessen Nachlaß hinweg genommen / und nur darbey dieser Unterscheid obseruiret worden / daß die erworbene Güter / der Obseruanz nach / dem Cammer-Fisco heimfallen / die bona hereditaria aber denen rechtmäßigen Erben und Verwandten gelassen worden / es sey denn / daß in dem einen / oder andern Fall / Hochgedachte Ihro Durchl. aus particulier - Gnade oder consideration des Verstorbenen nächsten Freunden / ein mehrers gelassen / wie denn auch dergleichen Heimfall in denen Amts-Rechnungen / an demjenigen Orte / wo die übrigen Aufskünfft von denen regalien eingeführet werden / jedesmahl mit berechnet worden /

D. a. d. das angezogene Attestat sich auf Actus, so in denen Acten enthalten / referiret / auch sine Actibus eine consuetudo nicht introduciret werden kan.

*L. 23. C. de prob.*

GOEDD. *Consil. 39. n. 36.*

Daher es auf die Acta und daraus uerificirende actus legitime constantes selbst hauptsächlich / als das relatium, ankommt. So erscheinet daraus / daß die Obseruantia iuris Hagenstolziatus in specie in dem Fürstenthum Blandenburg durch die Beslage sub A. hinlänglich nicht erwiesen und dargethan werden kan.

§. XXIII.

## §. XXIII.

**N**equè etiam ad Ius Hagenstolziatus plene probandum satis est, si forte inter capita reddituum Cameralium et hoc extet, sub Rubrica: *Einnahme von Hagenstolzen*. Equidem urgeri potest argumentum, a libris censualibus ductum, quibus communiter Dd. plenam uim probandi tribuunt. Sedenim uero ne hoc quidem aliter admittendum, quam si tales libri a singulis, uel subscriptione sua, uel praesente Notario, atque testibus, comprobati sint. Retura enim instar conuentionis habent; quae utique unius testimonio probari nequit. Vid. *Nob. Dn. de BERGER Oecon. Iur. p. 1057*. Accedit peculiaris ratio, quae hic occurrit, quod nempe Ius Hagenstolziatus regulariter consuetudine nitatur, quae actus speciales requirit, hoc loco, et hoc praecise casu, de quo agitur, exercitos. Quales utique non ex sola rubrica apparent; praesertim si nulla plane exempla subiecta fuerint. Quem in modum Ordo Iuridicus Vitembergensis eod. anno et mense consultus respondit. Verb.

*Nec rationes Reditu-um Cameralium.*

Ob wohl eine Gewohnheit durch zwey Actus nothdürfftig dargethan werden mag/

*Dn. de BERGER Oecon. L. I. tit. 1. th. 19.*

auch bekannt ist/ daß die libri censuales uim plenae probationis bey sich führen.

*Arg. L. 4. C. de agric.*

*CARPZ. Lib. 4. Resp. 73. n. 4. seqq.*

mithin / daß ein gleiches von denen Cammer-Rechnungen zu behaupten sey/ es das Ansehen gewinnen will/ *STRVV. Exercit. 28. th. 28.* Hiernächst auch unnöthige Prozesse / und wo besonders die Sache liquid ist / in denen Rechten sehr verhasset / und omnibus modis zu unterbrechen sind / endlich auch von

D

vielen

vielen nicht sonder Grund behauptet wird / daß ein iudex in causis Civilibus, die Acta wider seinen Willen an ein Rechts-Collegium zu verschicken/ nicht verbunden sey/

DN. de BERGER in *Elect. Disc. For. Tit. 34. obs. 1. Not. 1.*

DN. GRIBNER. *Princip. Proc. Jud. L. I. C. 5. Sect. 2. §. 1.*

Dennoch aber und dieweil das Hagestolzen-Recht / wie oben ausgeführet / nicht in einem allgemeinen Rechte bestehet / sondern a speciali receptione an einem oder dem andern Orte / dependiret / mithin dieienigen / so sich dessen gebrauchen wollen / dergleichen reception und Befugniß ordentlich ausführen müssen / solches auch durch die in einigen Cammer-Rechnungen befindl. Rubricen / Einnahme von Hagestolzen / nicht gnügl. dargethan werden mag / weil daraus / ob und wie es würckl. exerciret worden / nicht erscheinet / auch zu einer richtigen Gewohnheit besondere actus erfordert werden / ins besondere aber / und da allhier das Hagestolzen-Recht bey denen bonis eines extranei exerciret werden soll / dergl. Befugniß / und daß es auch in solchen Fällen exerciret und gehörig eingeführet worden / in specie dargethan / und der Gegentheil mit seiner habenden Gegen-Nothdurfft gnügl. gehöret werden muß / besonders auch / und da die Doctores behaupten / daß das Hagestolzen-Recht auch an denen Orten / wo es eingeführet / dennoch sehr vielen restrictionibus unterworfen ist /

B. BEYER c. 1. §. 34.

Endlich auch bey vorkommenden Umständen / und wenn zumahl auf Seiten des iudicis sich einiges interesse hervor thut / selbiger besonders per Superiorem zur Verschickung derer Acten an ein unpartheyisches Rechts-Collegium gar wohl angehalten werden mag / So erscheinet daraus allenthalben

haben so viel / daß durch die angeführte Rubric derer Cammer-Rechnungen / die receptio Juris Hagenstolziatus im ganzen Fürstenthum / besonders zu Heimbürg / nicht hinlängl. dargethan werden mag / solches Recht auch ordentlich mit des defuncti Erben auszuführen / und diese mit ihrer Rechtl. Nothdurfft zu hören sind / selbige auch die Verschiedung derer Acten an ein unpartheisches Rechts-Collegium zu suchen wohl befugt.

## §. XXIV.

**P**raeterea dubium est, quaenam bona ius Hagenstolziatus afficiat. Neque hic regula generalis, ad quam omnes casus obuientes exigi et definiri queant, tradi potest; sed rursus ad consuetudinem cuiusque prouinciae et loci respiciendum uenit, et ubique strictissima interpretatione utendum. Sic igitur alicubi bona mobilia tantum, alicubi sola immobilia, aliis uero in locis omnia, si a feudalibus recesseris, fisco cedunt. *BESOLDVS c. l. BEYERVS c. l. §. 32. seq.* Regulariter fiscus tantum bona *acquisita* misogami, die *Erworbene* / sibi asserit; in hereditaria uero bona, quae ab ascendentibus uel collateralibus in eundem ab intestato profecta sunt, nihil iuris habet. *Nob. Dn. de BERGER Oecon. Iur. p. 474. in fin. BEYERVS Spec. Iur. Germ. L. 2. c. 12. §. 32.* Pecuniam tamen, ex bonis auitis uenditis, redactam, in dubio ad fiscum pertinere, monet *BEYERVS c. l.* Qualia uero in dubio praesumuntur bona, acquisita, an hereditaria? Prius asserit *Dn. BERGERVS c. l.* Cui accedo, nec sine ratione. A natura nihil accepimus; sed bona, quae quisque possidet, ab humana industria originem ducunt. Atqui haec propria potius, quam aliena, censenda est. Vt hinc successores misogami, siue ex testa-

*Ad quae bona ius hoc pertinet?*

mento, siue ab intestato, cum bonorum hereditario-  
rum qualitatem allegant, onus eam probandi declina-  
re haud posse uideantur. Alia opinio est BEYERI *c. l.*  
§. 32. ubi putat, quod bona in dubio pro auitis vel gen-  
tilitiis, non pro noviter quæsitis, habeantur. Pro qua  
facit, quod in dubio contra ius Hagenstolziatus pro-  
nunciari debeat. Sed obseruandum, quod restrictiua  
illius iuris interpretatio non possit euertere praesum-  
tionem, quam ratio antea allata subministrat.

## §. XXV.

*Ius Hagen-  
stolziatus  
regulariter  
testamenti  
factionem  
non impe-  
dit.*

**E**x eadem uero interpretatione stricta Iuris Hagen-  
stolziatus consequitur, de casu ad casum colligi haud  
posse. Vnde ulterius conficio, quod, licet doceri possit,  
per inueteratam consuetudinem misogami bona, ab in-  
testato relicta, Principis fisco cessisse, non tamen hoc  
ad casum, quo heredem sibi testamento scripsit, ex-  
tendi possit. Aliud est successio ab intestato, aliud ea,  
quæ fit ex testamento. Vtraque est diuersi generis. Ita-  
que ab una ad alteram ualide argumentari haud licet.  
Quibus praestructis, non statim testamenti factionem  
propterea perire existimo, quod quis coelibatum pro-  
fiteatur, et intestatus bona sua fisco relinquere de-  
beat. Sed ulterius probandum, testamentarios quoque  
heredes ab hereditate repulso, et fisco palmam, acce-  
dentibus reliquis legitimæ consuetudinis requisitis, re-  
linquere coactos fuisse. In quo neminem fere Docto-  
rum, quod sciam, me consentientem habere, miror,  
cum haec doctrina, ex indole consuetudinis, ma-  
nifeste fluat. Argumentum tamen pro nostra senten-  
tia defumi potest ex eo, quod Doctorum aliqui de Ge-  
rada asserunt, fisci in eam successione per testamen-  
tum

tum excludi posse. Vid. SWENDENDORF. *d. Act. success. c. l. §. 23.* A quo uero dissentit STRYK. *d. Succ. ab Inst. D. 3. c. 3. §. 2.*

## §. XXVI.

**C**ontingit aliquando, ut Misogamus eo in loco, ubi Cuius Hagenstolziatus in usu est, domicilium habeat, possideat uero etiam bona immobilia in alieno territorio, in quo itidem ius illud inualuit, hoc casu quaeritur: An, post misogynam mortem, Dominus territorii, in quo bona sunt sita, haec sibi recte uindictet? Videtur affirmandum. Quia in loco rei sitae ius Hagenstolziatus supponitur receptum. Atqui constat, quod in immobilibus, nec non illis mobilibus bonis, quae ad certum locum destinata sunt, successio fiat secundum iura loci, ubi constituta sunt. *L. ult. C. ubi in rem act. l. 19. §. ult. de Iudic. l. 242. §. ult. d. V. S. l. 84. §. 10. d. legat. 1.* Atenim uero nihilo fecius negatiuam sententiam potiore existimo. Eandemque uel sola restrictiua interpretatio iuris Hagenstolziatus commendat. Inde enim consequitur, quod illud ad ea tantum bona immobilia pertineat, quae ibi sita sunt, ubi Hagenstolzius sedem fortunarum suarum fixit. Accedit luculenta ratio; quod talis homo, coelibatu, quem profitetur, non alieni territorii domino noceat, sed omne praecudicium, quod metuitur, ad ciuitatem, in qua habitat, unice redundet. Cessante uero ratione iuris Hagenstolziatus, id ipsum quoque cum suis effectibus cessare debet. Quod tamen rursus limitandum in casu, ubi aliud speciatim inductum, usuque inualuit. Tali enim consuetudine sine dubio standum. Ita Ordo Vitembergensis eod. anno et mense. Verb. *Ob es wohl sich*

*Hagenstolzius immobilia bona, in alieno territorio sita, huius domino regulariter non cedunt.*

ansehen lasset / daß / wo das Hagestolzen = Recht richtig eingeführet / auch dieienigen Güter / so einem auswertig / und unter anderer Hoheit wohnenden und gestorbenen Hagestolzen gehörig gewesen / als uacant gewordene bona, dem Domino, ubi sunt sita, heimfallen müssen /

Cum in bonis immobilibus ius, quod est in loco rei sitae, obseruandum ueniat,

L. 1. L. 2. L. f. C. ubi in rem actio.

CARPZOV. L. 6. Resp. 39.

NATTA Consil. 148. n. 3.

BRUNNEM. de Jure Vniuers. Concl. 25. ad Tit. de Jure ffci.

D. a. d. das Hagestolzen = Recht in odium personae eingeführet worden / auch durch dergleichen profession eines uitae misogamicae nur demjenigen Principi, in dessen territorio dergleichen Person lebet / praeiudicaret wird / cum ipsum nomen Hagestolz odium in personam excitare debuerit.

SCHOTTEL. in d. Tract. de Jure Misogamorum n. 6. uerb. haben also die alten Teutschen überdem alte Gewohnheiten und Gebräuche / so dem Juri Communi contrair seyn / wie das Hagestolzen = Recht ist / und stricte interpretiret werden müssen /

a. l. si uero §. de uiro. ff. soluto matrimon.

l. quicquid adstringendae. ff. de V. O.

CRAVETT. Conf. 170. n. 4.

ALEX. L. 2. Consil. 68. n. 5.

nec extra calum, de quo loquitur, est extendenda consuetudo,

EVERHARD. Conf. 38. n. 9.

multo minus de persona ad personam, aut de loco ad locum transferenda,

ME-



MEVIVS P. I. Dec. 30.

COTHMANN. Resp. 84. n. 48.

Bücherei der  
Juristischen Fakultät Halle (S)

So ist ein Landes-Herr/ in dessen Landen das Hagestolzen-  
Recht hergebracht/ die in seinem Lande liegende Güter/ des  
ienigen/ so in einem andern Orte unter anderer Landes-Hoheit  
sich aufgehhalten/ und als Hagestolz gestorben/ ordentlicher  
Weise/ *ui iuris Hagestolziatus*, als *ereptitia* oder *uacantia*,  
sich zuzueignen/ und zu uindiciren nicht befugt/ es könnte  
dani auch von diesem Falle eine beständige und richtige Ge-  
wohnheit erweislich gemacht/ oder/ daß solches *iure retorsio-  
nis* geschehen könne/ beygebracht werden.

## §. XXVII.

Quid uero, si eo, in quo uersamur, casu, Dominus ter-  
ritorii, in quo Misogamus domicilium habuit, li-  
tem non moueat, imo nec bona mobilia alibi reperta,  
persequatur, an tunc saltem Dominus loci, ubi bona  
constituta sunt, iure Hagenstolziatus uti potest, si hoc  
alias ibi inualuit? Primo intuitu uideri possit, in aien-  
tem sententiam concedendum esse. Quando enim miso-  
gami heredes, siue testamentarii, siue legitimi, in pos-  
sessione bonorum huiusmodi mobilium constituti, hoc  
se obtentu tuentur, quod eadem personam defuncti se-  
quantur, adeoque domino loci, ubi domicilium habuit,  
cedant, haec exceptio de iure tertii erit, quam non at-  
tendi, in uulgus notum est. Quod uero haec ratio ni-  
hil in recessu habeat, ex eo liquet, quod heredes, a fisco  
aetione pulsati, non tam in iure tertii innituntur, quam,  
actori ius agendi competere, negant. Id cum fiscus,  
propter deficientem consuetudinem, quae ius Hagen-  
stolziatus ad talem casum extendat, docere nequeat,  
hoc

*Quamuis  
liti cum be-  
redibus ne-  
mo interue-  
niat.*

hoc ipso ad reos causae uictoria transibit, iidemque actione liberati, a iudicio discedent. Illustrat hoc sequens Responsum, ab Ordine Vitembergensi datum. uerb.

Ob wohl bey Ausübung des mehr angezogenen Hagenstolzen: Rechtes auf die obseruanz, und wie dasselbige exerciret worden/ hauptsächlich das Absehen zu richten ist/ auch dieienigen exceptiones, welche das ius tertii concerniren/ denen Rechten nach nicht statt finden/

Democh aber und dieweil der verstorbene N. N. sich nicht unter Blanckenburg/ sondern zu Zelle/ aufgehalten/ auch daselbst sein domicilium gehabt/ und verstorben/ die ratio des eingeführten Hagenstolzen: Rechtes aber hauptsächlich darinnen bestehet/ daß die Republic, vermittelt getroffener Ehen/ legitima prole vermehret/ und die Leute poena quadam vom Ehelosen Leben abgehalten werden mögen/

SCHOTTELIUS d. l. §. 26. seqq.

welche Ratio denn auf das Blanckenburgische Bezirck sich nicht füglich extendiren läffet/ immassen/ da der defunctus sich daselbst nicht aufgehalten/ noch sein domicilium constituiet hat/ dem Blanckenburgischen territorio wenig davon abgethet/ ob er sich vor seinem Tode verehliget/ oder nicht/ anzubey auch aus denen Rechten bekant ist/ daß die Mobilia, worunter auch die ausstehende Schulden gehören/ dem domicilio defuncti folgen/

STRYKIVS de Success. ab Intest. Diff. 1. c. 4. §. 3.

und wenn gleich dargethan werden möchte/ daß zu Blanckenburg das ius Hagenstolziatus gebührend eingeführet/ solches doch stricte zu verstehen/ und auf dasienige Vermögen/ so ein extraneus daselbst liegend und aussenstehend hat/ nicht so schlechterdings zu erstrecken ist/ sondern/ daß es auch auf solche Bona gehörig extendiret und eingeführet worden/ besonders darge-

dargethan werden muß/ endlich auch die zu opponirende exceptio actionis incompetentis, wenn gleich der Fiscus zu Zelle/ die ins Blanckenburgische transferirte Gelder nicht verfolgen solte/ keinesweges de iure tertii ist/

So erscheinet daraus so viel/ daß/ woserne nicht disfalls auff Seiten des Amts Blanckenburg eine besondere Gewohnheit/ bey Einziehung derer Güter/ welche extraneis und quoad domicilium unter das Amt Blanckenburg nicht gehörig/ zuständig/ ausgeführet werden möchte/ selbiges die in denen Blanckenburgischen auffestehende Gelder des Defuncti und dessen angeschaffte immobilia, tanquam fructum iurisdictionis, ex lure Hagenstolziatus zu praetendiren/ nicht vermag/ sondern selbigem die exceptio actionis non competentis, wenn auch der Fiscus zu Zelle/ die ins Blanckenburgische transferirten Gelder zu verfolgen nicht willens/ oder vermögend/ gar wohl opponiret werden mag.

## §. XXVIII.

Neque uero iuri Hagenstolziatus & poenis coelibatus subiacent, qui ad coniugium ineundum inhabiles sunt, siue, quod furore correpti sint, siue, quod tali uitio corporis laborent, quod soboli procreandae perpetuum impedimentum iniiciat. Sic etiam is, qui facultatem non habet alendi familiam, a matrimonio impune abstinet; praesertim cum proletarii munus non tantum reipubl. profit, quantum ei nocet, si ciuitas mendicabilis, & hominibus, quibus cum fame luctandum fuerit, repleatur. Sed an illi etiam excusationem merentur, qui contendunt, se uxorem reperire non posse? Ita uult BEYERVS c. l. §. 34. ubi in subiecta annot. sub lit. z. quaestionem mouet, wie viel Körbe einer bekommen haben müsse/ daß er sagen könne/ se non posse reperire uxorem?

E

rem?

*rem?* Quam tamen non definit. Ego huiusmodi casum, saltem hodie, non dari, puto, ubi uir, mentis compos, atque ad matrimonium habilis, facultatibus etiam alendae uxori & familiae sufficientibus instructus, thori coniugalis sociam inuenire haud queat. Nimis magna feminarum copia est, & hic sexus nimis rerum nouarum cupidus, quam ut uir, qualem descripsi, ab omnibus repulsam ferat. Quodsi incassam unius fores pulsauerit, adeunda est alia, faciliorem se praebitura. Valde enim stultus fuerit, qui a femina, quam frustra ambit, repulsus, uitam laqueo finire uelit, quale exemplum in nuperis relationibus publicis commemoratum legimus. Frustra etiam repulsarum numerus initur; cum alias misogamo in procliui esset, uel centies talem ferre, si uirgines, uel uiduas, in matrimonium expetat, quibus conditionem sibi nubendi displicere, certus sit. Plerumque uerum est, quod huius generis misogami ueterani in ore habere solent, *die ich haben will / will mich nicht haben / und die mich haben will / will ich nicht haben.* Dum iam de huius, iam de illius feminae genere, forma, uirtutibus, diuitiis, deliberatur, & per mulieres edentulas, quae plerumque uenales sunt, mores eius explorantur, tempus abit, annus post annum labitur, donec tandem non cogitanti aetas ingruat, ubi omnia uiri, praeter opes & placendi studium, futurae uxori displicent.

## §. XXIX.

*Occupationem bonorum Hagenstolzii causae cognitio praecedere debet.*

**E**x his uero liquet, & sponte sua consequitur, fiscum bona, ab Hagenstolzio relicta, non aliter, quam praeuia causae cognitione, occupare posse. Neque enim sufficit, aetatem, statuto definitam, a misogamo impletam esse, sed & audiendae exceptiones, quibus heredes

des causam suam tueri cupiant. Igitur par est, actionem a fisco in iudicium deduci, heredesque, ut ad libellum respondeant, citari, probationes ac reprobationes fieri, et tandem sententiam, uel condemnatoriam, uel absolutoriam, ferri. Quo pertinet Responsum, ab Ordine Vitemburgensi eod. anno et mense datum. verb.

Ob wohl Heinrich Scheruh in coelibatu verstorben / und 50. Jahr überlebet gehabt / und daß das 50ste Jahr einen Hagestolzen im Braunschweig - Lüneburgisch. Lande mache

SCHOTTELIVS d. l. n. 10. §. wie alt ein Hagestolz /  
asserivet

CONF. LAVTERB. Colleg. Theoret. Pr. Pand. L. 38, T.  
13. §. 2.

auch in iure disponivet ist / bonorum uacantium Domini-  
um ipso iure statim, cum defunctus moritur, ad fi-  
scum transire

l. 1. §. 1. ff. d. iure fsc. l. cum duobus. §. idem responderet, ubi  
GLOSS. ff. pro Socio MEV. P. 3. Dec. 102. n. 1.

LAVTERB. Colleg. Theor. Pract. Pand. L. 49. tit. 14. §. 9.

S. a. d. die Güter der Hagestolzen anderer Gestalt dem Fi-  
sco Principis nicht heimfallen / als wenn einer professionem,  
uel confessionem, obseruandi coelibatus declariret /

SCHOTTEL. d. l. n. 10. in f.

BEYER in Spec. Iur. Germ. d. l. n. ult.

daher / wenn er zum Ehestande zu verschreiten nicht annehmliche  
Gelegenheit gehabt / oder wohl gar darzu unfähig gewesen /  
solches ihm so wohl / als seinem nachgelassenen Auserwand-  
ten zu statten kommen muß / und also es einer praeuia cau-  
E 2

fae

fae cognitionis bedarff/ wenn einer vor einen Hagestolzen gehalten/ oder seine bona pro ereptitiis declariret werden sollen/ So mögen des verstorbenen Scheruh Erben die Güter/ so der fiscus occupiret hat/ wohl in Anspruch nehmen/ immassen auch dieser mit der erlangten Possess alleine sich nicht schützen kan/ sondern er ist sein Recht/ auch in diesem Casu, specificie das lus Hagenstolziatas exerciren zu können/ richtig auszuführen schuldig/ wiedrigenfalls derselbe sonst die eingezogene Güter cum fructibus perceptis wieder heraus zu geben/ und alle Schäden/ auch nach Gelegenheit wohl die Proceß - Kosten gut zu thun/ leicht condemniret werden möchte. B. R. W.

## §. XXX.

*Fisco competit hereditatis petitio.*

**T**ranseamus iam ad actiones, quae fisco pro iure suo perfequendo competunt. Vbi imprimis occurrit *Hereditatis petitio fiscalis*; non ordinaria illa, quae ex testamento, uel successione ab intestato, descendit, nec nisi tum; ubi omnes cognati, aliique, ius succedendi habentes, deficiunt, fisco datur; sed *extraordinaria* atque *irregularis*, quae ex peculiari statuto, uel consuetudine, uenit. Vnde eandem *utilem* uocare possis, a *directa* distinctam. Haec igitur actio fiscalis, quae speciatim Hagenstolziana nominari queat, describi potest, quod sit *actio fisco, pro consequenda Hagenstolzii hereditate, eiusque parte, competens.*

## §. XXXI.

*Explicatur iuxta genera causarum.*

**V**t uero omnia, circa hanc actionem, ad uiuum referemus, et palam fiat, methodum, qua usus est B. SWENDENDÖRFERVS, actiones per omnia causarum genera

genera enucleandi, facillima ratione ad hanc quoque  
 fiscalem actionem accommodari posse, et hic per gene-  
 ra causarum ibimus, secuturi speciatim laudati ICTi du-  
 ctum, in Tr. d. Act. Success. Sect. 4. c. 1. art. 8. ut, qui libro  
 illo, omnes alias actiones successorias solcite reprae-  
 sentante, sed hanc unam, nescio quo fato, praetermit-  
 tente, delectantur, hoc uelut supplemento, eundem  
 augere, et hac accessione frui possint. Nempe *causa*  
*efficiens remota* praesentis actionis est statutum, uel con-  
 suetudo. *Causa propinqua principalis* est ius hereditari-  
 um, quod fiscus in bonis Hagenstolzii defuncti habet.  
*Causa minus principalis* est huiusmodi bonorum, iuri Ha-  
 genstolziatus obnoxiorum detentio, restitutionisque  
 recusatio. *Subiectum inhaesionis* est fiscus, hereditatem  
 Hagenstolzianam agnoscens. *Subiectum receptionis* est  
 bonorum Hagenstolzianorum possessor, restitutionem  
 recusans. *Obiectum materiale primarium* sunt bona iuri  
 Hagenstolziatus subiecta, et fisco acquisita. *Obiectum*  
*secundarium* sunt fructus, et praestationes personales.  
*Obiectum formale* sunt bona Hagenstolziana, sine iure oc-  
 cupata, fisco restituenda. *Forma materialis essentialis ge-*  
*nerica* est facultas persequendi bona iuri Hagenstolzia-  
 tus obnoxia. *Forma specifica* est facultas haec bona ab  
 alio occupata, consequendi. *Forma artificialis* est idonea  
*libelli in iure succedendi in bonis Hagenstolzianis competente*  
*fundati, et ad eorum consecutionem directi, ordinatio iuxta se-*  
*quens exemplar:*

## Klage.

P. P. Klagender Fiscal saget und klaget wider Beklagten /  
 daß derselbe sich unterfangen / des Verstorbenen N. Verlassen-  
 schafft sich anzumassen / und solche dem Fisco auszuantworten

Formula li-  
belli.

E 3

ten

ten sich verweigere; da doch selbige ihme/ weil besagter N. als ein Hagestolz verstoben/ und das Hagenstolzen-Recht an hiesigem Orte eingeführet/ zukomme; Kläger bittet dannerhero/ nach erfolgter richtiger Antwort zu erkennen und auszusprechen/ daß Bezl. die libellirte Verlassenschaft vermittelst eines zu recht beständigen Inuentarii, oder eydlichen Specification, dem fisco auszuantworten/ auch von denen erhobenen Nuzungen richtige Rechnung abzulegen/ so wohl alle verursachte Unkosten zuerstatten schuldig.

Desuper Nobilissimum iudicis officium, pro administranda, omni meliori modo, iustitia, implorando.

*Finis cui est Fiscus hereditatem Hagenstolzianam agnoscens. Finis cuius est hereditatis Hagenstolzianae agnitae consecutio. Effectus respectu iudicis est hereditatis Hagenstolzianae adiudicatio, mediante sententia condemnatoria uulgari. Effectus respectu fisci est hereditatis Hagenstolzianae actualis consecutio. Effectus respectu possessoris est hereditatis Hagenstolzianae, sine iure occupatae et detentae, exhibitio. Iudex competens ordinarius communis est iudex domicilii. Specialis est rei seu hereditatis sitae. Extraordinarius est delegatus et commissarius. Iudex conuentionalis est arbiter compromissarius. Contrarium a parte fisci est remissio et repudiatio, A parte possessoris est titulata possessio, tum praescriptio; A parte Iudicis est sententiae, contra fisci intentionem, latio.*

§. XXXII.

*Dantur et  
alia remedia  
iuris.*

**E**xistat hic Metaphysicus aliquis, et neget, actionem fiscalem Hagenstolzianam accurate a nobis hic, et secundum regulas artis, ad unguem exhibitam, et uiuis colo-



coloribus expressam esse? Reliquas actiones, fisco intuitu hereditatis Hagenstolzianae competentes, fufius exequi, nihil attinet. Vtitur enim regulariter iisdem remediis, quae in aliorum heredum fauorem legibus prodita et introducta sunt. Sic ergo etiam fiscus vindicare potest rem hereditariam singularem, iuri Hagenstolziatus subiectam. *l. 16. §. ult. ff. de hered. pet. l. 3. ff. Testam. quem adm. aper. l. 51. §. 1. ff. de Rei vind.* Quia nempe heredi dominium in singulas res defuncti proprias competit. *l. 80. ff. de Leg. 2. l. 11. §. 5. ff. de Exc. rei iud. l. 37. ff. d. acquir. hered.* Haec itaque actio ex dominio rei corporalis, et singularis, oritur; cum ex aduerso hereditatis petitio in iure uniuersali hereditario innitatur; quod latius patet, et res quoque alienas complectitur. *l. 19. ff. d. hered. petit.* Vnde harum actionum una ab altera distinguitur. *§. 2. I. de off. Iud.* Neque uero dubitandum, perinde ut in alios heredes, siue testamentarios, siue legitimos, ita etiam in Fiscum eo momento, quo miogamus diem obit, transire dominium rerum singularem, quas Hagenstolziatus iura afficiunt. Nec minus aliae actiones reales, ut et personales, fisco regulariter dantur, quae defuncto miogamo competebant. In huius enim iura et actiones, ut alius heres, succedit. *l. 62. ff. d. R. I.* Sed et remedium adipiscendae possessionis rerum hereditariarum, quas Hagenstolzius reliquit, quaeue ab alio detinentur, uti potest; puta *interdicto quorum bonorum. §. 3. I. d. Interd. l. 1. ff. Quor. bon. l. 2. C. eod.* Siue alter res pro herede, siue pro possessore, possideat, seu nudam detentionem alleget. *cir. II.* Sed nolo hic plura. Ex dictis enim facile patet, eodem modo cum aliis remediis comparatum esse, in fauorem heredum introductis.

*Sigillatim  
rei vindica-  
tio.*

§. XXXIII.

## §. XXXIII.

*Fiscus tenetur ad solvendum aes alienum.*

**S**icuti autem fiscus, in bonis Hagenstolzianis succedens, ut uidimus, heredis loco est; ita etiam ad exsoluendum aes alienum tenetur. Cum non intelligatur hereditas, nisi detracto aere alieno. *l. 39. §. 1. ff. d. V. S.* Cui oneri se subiicit, quicumque in hereditatem succedit; siue priuatus, siue fiscus sit. *l. 16. in f. ff. d. his, quae ut indign. l. 11. ff. d. Iur. Fisc.* Ita tamen, ut ultra uires hereditarias non obstrictus sit. Vtrum uero ab inuentarii confectione immunis sit, dubium uideretur. Sane fisco, in bonis uacantibus succedenti, huius conficiendi necessitatem haudquaquam incumbere, communiter Dd. statuunt. Sed hunc errorem dudum detexit, et contrarium euicit STRYK. *d. succ. ab intest. Diff. 5. c. 1. §. 3. seq.* Neque enim melioris conditionis esse debet fiscus, hereditatem capiens, quam ubi priuatus in eandem succedit; praesertim cum in dubio contra fiscum pronunciare iubeat *l. 10. ff. d. Iur. fisc.* Quam sententiam non patum iuuat *l. ult. C. d. bon. uac.* quam ex *L. Ne principali 2. C. Theod. d. bon. uac.* ulterius illustrat STRYK. *c. l.* atque simul rationes et argumenta eorum, qui dissentiunt, prolixè diluit. Idem ad hereditatem Hagenstolzii rectè applicatur; cum eadem utrinque ratio occurrat. Et iniquissimum sane fuerit, creditoribus, per successionem fisci, praeiudicium afferri; dum, non confecto inuentario, de uiribus hereditatis constare nequit; et illa facile minui, atque aliquid ex ea subduci potest. Nec habet, de quo conqueratur, fiscus; cui integrum utique fuerat, hereditatem misogami, sibi statuto, uel consuetudine, delatam, uel adire, uel repudiare.

## §. XXXIV.

## §. XXXIV.

**S**ed quaeritur: Quanto tempore fiscus a iure in bonis Hagenstolzii succedendi excludatur? Cum de hoc nihil in legibus cautum, ex analogia iuris de eo iudicium ferendum erit. Sane hereditatis petitioni ordinatim triginta annis praescribitur. *L. 7. C. de her. pet.* Si bona propter delictum fisco cedant, uicenaria praescriptio currit. *l. 1. §. 3. ff. de iur. fisc.* Sin bona uacantia occupanda sint, quadriennii tempus lege definitum est. *l. 10. §. 1. ff. de diu. et tempor. praescr. l. 1. C. d. quadriennii praescr.* Idque sine discrimine; siue bona fisco sint nunciata, siue non; cum et ipsa hereditatis uacantis nunciatio quadriennii limites haud excedat. *c. l. 10. §. 1. ff. d. diu. et temp. praescript. l. 1. §. 2. ff. d. iur. Fisc. Swendendorf. d. Act. Success. c. l. §. 24. STRYK. c. l. §. 57.* Aliud enim est, dominium per praescriptionem acquirere, aliud, adipisci exceptionem, qua possessor aduersus fiscum tutus reddatur. Ad hanc, sine casuum discrimine, spatium quatuor annorum sufficit. Apud Saxones non minus fiscum, atque alias personas, a persecutione Heergewethae et Geradae anno excludi, constat. *Land-R. L. 1. a. 28.* Sicuti uero ultimum hoc praescriptionis genus ad Saxoniam, et ea loca, ubi Heergewetha et Gerada in usu sunt, restringendum, ita, quod reliquas praescriptiones attinet, nulla ad institutum nostrum aptius quadrat, quam ea, quae occupationi bonorum uacantium definita est. Etsi enim cum hac successio Hagenstolziana non omnino, et per omnia, conueniat, nec bona, a misogamo relicta, proprie uacantia dici possint, cum statim et ipso iure in fiscum deuoluantur, quando is decedit; nihil tamen repugnat, quo minus utrinque

F

idem

*De praescriptione actionis Fiscalis.*

idem praescriptionis terminus obtinere dicatur. Sane dici proprie nequit, quod hoc casu indigno, propter delictum, hereditas auferatur. Primo enim non eripitur ipsi Misogamo, sed eius cognatis, ab intestato successuris, uel heredibus in testamento scriptis. Atqui hi nihil deliquerunt, propter quod poena proprie dicta in illis locum habere possit. Deinde nec ipsa coelibatus professio in numero delictorum est; quippe quae permittitur, sed cum hoc onere, ut bona post mortem fisco adiudicentur. In nullum uero crimen facile talis poena sancitur, quae nonnisi post obitum locum habitura sit. Vnde conficimus, maius odium mereri eos, quibus ob turpe factum admissum, uelut indignis, bona auferuntur, quam qui a societate, quam auerfantur, abstinendo, incommodum, quod usu inualuit, incurrunt. Merito itaque hoc casu ius fisci, ad exemplum iuris, quod in bonis uacantibus habet, maturius expirat, quam ubi cum illis res est, qui poenas ex delicto incurrunt. Terminus uero triginta annorum in extinguenda hereditatis petitione constitutus pertinet solum ad excludendum ius succedendi ordinarium, non uero illud, quod extra ordinem, contra ius commune, in odium certi uiuendi generis, introductum est.

## §. XXXV.

*Conclusio.*

**D**enique posse Ius Hagenstolziatus, sicut alia iura singularia, aduersus illas prouincias et loca, ubi receptum, retorqueri, dubitandum haud est. Ad quod probandum non opus est confugere cum uulgo Dd. ad *iii. ff. Quod quisque iur. in alt. stat.* Suppetit enim ratio naturalis; ut nempe aequalitas, quam ipsa natura commendat, inter homines seruetur. Sed nolo plura. Sa-

vis

tis mihi est, pro instituti ratione, praecipua huius iuris capita explicuisse; unde de aliis omnibus, quae circa hoc argumentum occurrere queunt, facile iudicium ferri potest. Quod reliquum est, Deo Immortali, pro auxilio praestito, deuotissimas grates persoluo.

### COROLLARIUM

Testamentum filii, in quo pater praeteritus est, sustinetur iure Praetorio, si pater ante filium decesserit.

Quod testamentum, natiuitate posthumi, in eo praeteriti, ruptum, huius morte ante testatorem, iure Praetorio reconualescat, et scripto heredi *bonorum possessio secundum Tabb.* detur, dubio caret. *l. 12. pr. d. ini. rupt. irr. fact. test.* Quid uero de illo casu dicendum, ubi filius iam natus, uel pater praeteritus, et ante testatorem mortuus est, an et hoc casu scriptum heredem Praetor tuetur? Communiter Dd. non aliter hoc admittunt, quam si scripti sint heredes, alias ab *intestato uenientes*; idemque probare uolunt ex *c. l. 12. pr. in fin.* Sed enim uero obseruandum, quod uerba finalia *c. l. 12. pr.* in quibus dissentientes omne robur opinionis suae constituunt, non referenda sint ad primam legis partem, quasi in casu iniusti testamenti, ubi praeteritus ante testatorem decessit, *bonorum possessio secundum Tabb.* non daretur, nisi heredibus scriptis, ab *intestato* successurus, sed ad alteram illius partem, ubi de legatis agitur; quod nempe etiam eo casu, ubi heres institutus ad *intestato* succedere poterat, si bon. possessionem agnouerit, haec praestari debeant. Quam explicationem suadet generalis et manifesta satis dispositio, quae habetur in *l. 2. pr.*  
ff.


*Jf. d. bon. Poss. sec. Tabb. ibi: ante decefferint.* STRYK. *d. Succ. ab Intest. Diff. 9. c. 4. §. 12. et 13.* Etſi uero *c. l. 2.* tantum de liberis loquatur, tamen, ob paritatem rationis, etiam ad testamentum, in quo parentes praeteriti, merito extenditur; ut, quamuis tale etiam ipſo iure inu-  
 ualidum ſit, *Nou. 115. c. 4. Part. 3. Conſtit. Elect. Sax. 9.* mortuo tamen, ante teſtatore, parente, ex benignitate Praetoria, ualiditatem conſequatur; ut recte ſentit STRYK. *c. l. §. 13.* Quam ſententiam approbauit Ordo Iuridicus Vitenbergensis, Menſ. Jan. 1724. ad re-  
 quiſitionem Regiminis Altenburgensis, in Cauſa

Matthes Frommelts / contra Marien  
 Frommelin.


## T A N T V M.



VO 78







DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA  
DE  
IURE  
HAGEN-  
STOLZIATUS

QVAM  
PRAESIDE  
JO. BALTHAS. WERNHERO, Jcto  
POTENTISSIMO POLON. REGI ET ELECT.  
SAX. A CONSILIIIS AVLAE ET IVSTITIAE,  
ORDINARIO, ET ANTECESS.  
PRIMAR. ETC.

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
AD. D. XIII. JVN. MDCC XXIV.  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS  
PRO LICENTIA

SVM MOS IN VTROQVE IURE HONORES  
ET  
PRIVILEGIA DOCTORALIA

CAPESSENDI  
PVBLICE TVEBITVR  
HIERONYMVS NICOLAVS GERCKEN  
LVBE CENSIS.

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.